MANUEL RIU RIU
UNIVERSITAT DE BARCELONA

Un important manuscrit del segle XVI i les butlles de Climent VIII per a la reforma de l'Església catalana

«ESTUDIS CASTELLONENCS»
Nº 6 1994-1995, pp. 1147-1155

Aquestes línies d'homenatge a Josep Trenchs sols pretenen cridar l'atenció sobre el manuscrit núm. 752 de la Biblioteca Nacional de Madrid, que ens ha conservat transcrites, en còpies notarials autenticades, una sèrie de butlles pontíficies, corresponents al pontificat de Climent VIII i al mes d'agost de l'any 1592. El conjunt constitueix el testimoni precís d'una reforma important dels monestirs benedictins i de la supressió definitiva de les canòniques regulars agustinianes al principat de Catalunya, mitjançant l'acord entre el papa i el rei Felip II i l'actuació del nunci, l'arquebisbe de Tarragona i els bisbes diocessans afectats.

Totes les butlles copiades al manuscrit de referència foren autenticades el 4 de març de l'any 1598, pel notari reial Gabriel Olzina, domiciliat a Barcelona, i en doaren fe els també notaris barcelonins Montserrat Carbonell i Miquel Joan Amat, els signes dels quals figuren al final de cada una de les transcripcions. El manuscrit, de bona lletra, si bé la tinta ferruginosa ha traspassat amb freqüència el paper, degué ésser doncs de procedència catalana.

El conjunt de documents pontificis conservat al manuscrit de Madrid permet d'estudiar —almenys en els seus propòsits— la reforma del monaquisme benedictí i la supressió de les canòniques regulars a Catalunya el 1592, ara fa quatrecents anys. Com a mostra examinarem tan sols nou d'aquests documents, i en transcriuem un en apèndix.

Un grup de butlles, del 13 d'agost del 1592, està destinat a la reforma del monaquisme benedictí al principat de Catalunya i als comtats del Rosselló i Cerdanya. En general la reforma es limita a suprimir antics priorats de la Província Tarraconense i Cesaraugustana de l'Orde de Sant Benet, unir les seves rendes a les abadies principals destinades a perdurar, o bé aplicar-les a resoldre problemes de pastoral, creant vicariats perpetus amb el desig d'incrementar el culte diví, les misses i beneficis eclesiàstics, com hom indica expressament.

Una d'aquestes butlles, per exemple, destinada al redreç de la vida dels monjos claustrals, uneix a la mensa conventual del monestir de Sant Pere de Camprodón, els priorats de Santa Maria de Ridaura i Sant Joan les Fonts, situats tots tres a la diòcesi de Girona. Els bens de dits priorats s'incorporen a l'abadia i passarà a administrar-los l'abat de Camprodón. Les rendes d'ambdós foren estimades en 424 ducats d'or per la Cambra Apostòlica, dels quals en corresponien 224 a Ridaura i 200 a Sant Joan. Però

el papa creava un vicariat perpetu, en cada una de les dues esglésies priorals i els dotava amb 100 lliures cadascún. Els vicaris, clergues seculars, haurien de viure de la renda d'aquests capitals[1], però el monestir de Camprodón seguiria administrant la resta dels bens priorals.

Altres tres butlles del mateix dia, 13 d'agost del 1592, referents al monestir de Santa Maria de Gerri, ens mostren com els priorats de Sant Feliu de Bernuy i de Sant Pere de les Maleses, ambdós de l'orde de Sant Benet però ja sense comunitaris, i les rendes dels quals sumen, respectivament, 40 ducats d'or Bernuy i 175 ducats d'or anuals el de les Maleses, foren units a la mensa conventual de l'abadia de Santa Maria de Gerri[2], amb el propòsit de consolidar les rendes d'aquesta. Però abans, el mateix dia, el papa instituí una vicaria perpétua a l'església prioral de les Maleses i la dotà amb 100 lliures de renda anual, dient que caldria donar provisió d'ella a un clergue secular el qual tindria la cura d'ànimes de la parròquia de Sant Pere, sota la jurisdicció del bisbe d'Urgell, i disfrutaria de bens i rendes per dit valor[3]. I també el mateix dia 13 d'agost havia erigit una altra vicaria perpètua a l'església de l'antic priorat benedictí de Sant Feliu de Bernuy, per la cura d'ànimes, que seria atorgada per concurs, d'acord amb les normes del Concili Tridentí, a un prevere secular, i la dotava amb 50 lliures barcelonines a l'any, valor estimat de les rendes de l'esmentat priorat[4].

En tots aquests casos el papa, d'acord amb el rei Felip II, encarregava la reforma a l'arquebisbe de Tarragona, al bisbe diocesà, i al nunci papal. L'acord amb el rei era necessari per afectar bens de patronat reial. La col·laboració dels bisbes no hi mancaria, car molts d'aquests centres monàstics eren considerats *nullius* i vinculats directament a Roma. Els nous vicaris passaven a dependre dels bisbes diocessans. Sembla evident, però, que hom no tenia pas gaire en compte l'opinió dels jerarques de l'orde benedictina.

Les rendes anuals del priorat de Santa Maria de Meià, on tampoc hi havia comuntaris el 1592, ascendien a 420 ducats d'or de Cambra, i per aquesta raó el papa Climent VIIIe en una altra butlla del mateix 13 d'agost, en la qual especifica amb molta cura les condicions jurídiques en les quals ho fa, uneix dit priorat de Meià indisolublement a l'abadia de Santa Maria de Serrateix[5], però també abans havia reservat 100 lliures de renda del priorat per a la dotació d'una vicaria perpètua en l'església del lloc de Meià.

Una darrera butlla seleccionada d'aquest grup representa la supresió de quatre monestirs benedictins del bisbat d'Urgell i la dotació, amb llurs rendes, del Seminari Tridentí creat en aquella ciutat. De fet, en dos dels dits monestirs, el de Sant Sadurní de Tabernoles i el de Sant Llorenç de Morunys, ja sols hi havien quatre monjos. Els altres dos restaven sense comunitat. Les rendes del de Sant Llorenç, els monjos del qual passarien a viure a Santa Maria de Gerri, no s'especifiquen. Les dels altres tres, Sant Sadurní de Tabernoles, Sant Pere de Vellanega i Santa Salvador de la Vedella, es xifraven en 50 florins d'or, 77 escuts d'or i 30 escuts d'or, respectivament. Aquest document el transcrivim en apèndix.[6]

Hom enten que almenys es tractava de suprimir o unir els monestirs que ja no tenien comunitat, o bé tenien menys de cinco comunitaris, i que es tractava de potenciar les vocacions del clergat secular i de millorar la seva formació teològica.

L'altre lot de butlles pontifícies, datat el 22 d'agost del 1592, nou dies després de l'anterior, restava destinat a la supressió total de l'Orde de canonges regulars de Sant Agustí, traspassant els seus bens als ermitans de Sant Agustí, als dominics i als franciscans. Vegem-ne tres exemples. El papa comença indicant que ha decidit de suprimir a perpetuitat i declara estingits, amb tots els seus membres i pertinènces, l'Orde de Sant Agustí, de canonges regulars, al principat de Catalunya i als comtats de Rosselló i Cerdanya. Tots els monestirs (o canòniques), priorats i beneficis, així com els bens i drets de l'Orde, resten secularitzats i en mans de la Santa Seu, la qual podrà cedir-los o transferir-los a tercers.

1 Ms. 752, fols. 73 v-78 r.
2 Ms. 752, fols. 79 r-84 v.
3 Ms. 752, fols. 21 r-23 v.
4 Ms. 752, fols. 24 r-26 r.
5 Ms. 752, fols. 68 r-73 r.
6 Ms. 752, fols. 7 r-12 r.

Així, el priorat de Santa Maria de Manlleu, de la diòcesi de Vic, l'uneix a la casa dels Sants Jaume i Domingo de Tremp, de l'Orde de predicadors, al bisbat d'Urgell. Les rendes d'aquella canònica eren estimades en 230 ducats d'or[7]. I el priorat de Sant Pere de Cercada, de la diòcesi de Girona, l'uneix a la casa dels frares eremites de Sant Agustí d'Urgell. La renda d'aquest priorat, xifrada en 240 ducats d'or de Cambra, es repartia reservant 100 ducats de renda anuals per un eclesiàstic secular que serviria a l'església de dit priorat[8]. El priorat de Sant Tomàs de Riudeperes, de la diòcesi de Vic, restaria transferit a l'orde franciscana[9].

La canònia agustiniana de Sant Pere d'Ager, de la diòcesi d'Urgell, restava suprimida com a «monestir» però es transformava l'església en col·legiata, amb mensa capitular, segell i arca comunes, en atenció a restar situada en un nucli de població rellevant, i la presidiria un arxiprest, el qual disfrutaria les rendes del suprimit priorat de Sant Miquel de Montmagastre, xifrades en 140 ducats d'or. Els 200 ducats que rendia Ager es repartirien entre la resta de clergues seculars de la col·legiata, sota l'autoritat del bisbe d'Urgell, tot i que havia estat considerada *nullius dioecesis* l'antiga canònica, segons indica explícitament la butlla pontifícia[10]. El document mostra com, un cop suprimida l'Orde de canonges regulars de Sant Agustí, es reorganitza la vida espiritual a les esglésies de les antigues canòniques.

El tema de la reforma de l'Església catalana a la darreria del segle XVI, i en particular la reforma dels monestirs benedictins i la supressió de les canòniques regulars, podria ésser estudiat monogràfica i pormenoritzadament a través d'aquest important manuscrit de la Biblioteca Nacional de Madrid, que desitjariem veure treballat a fons com es mereix. El panorama del monaquisme català anterior i posterior a l'any 1592, tot i que les reticències a la reforma no es farien esperar, seria ben divers.

APÈNDIX

1592, agost, 13. Roma.

Butlla del papa Climent VIII en la qual erigeix el Seminari Tridentí de la Seu d'Urgell i el dota amb les rendes dels antics monestirs benedictins de Sant Sadurní de Tabernoles, Sant Pere de Vellanega, Sant Salvador de la Vedella i Sant Llorenç de Morunys.

Còpia notarial. Madrid. Biblioteca Nacional. Manuscrit núm. 752, fols. 7 r-12 r. Signa el notari Gabriel Olzina el 4 de març del 1598 i en donen fe els notaris Montserrat Carbonell i Miquel Joan Amat, tots tres de Barcelona.

Hoc est exemplum bene et fideliter Barcinonae sumptum, a quibusdam bullis, siue literis apostolicis sanctissimi in Xristo patris et domini nostri domini Clementis, diuina prouidentia Papae, octaui, in pergameneo exaratis eius vera bulla plumbea, cum cordulis sericeis virmillei croceique colorum impendentis munitis, aliisque debitis et solitis signaturis et solemnitatibus more Romanae Curiae expeditis, non viciatis non cancellatis, nec in aliqua earum parte suspectis, sed omni prorsus vicio et suspitione carentis, ut prima facie apparebat in eis, huiusmodi sub tenore:

Clemens, episcopus, seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam ad apostolicae dignitatis apicem, meritis licet imparibus diuina dispositione vocati, gratos domino et christianae reipublicae utiles, fructus qui ex seminarorium institutione prouenire noscuntur, intra cordis arcana revuoluentes, ad ea per que seminaria ipsa promouentur, et personarum in eis literarum studijs incumbere volentium subuentioni et instructioni consulitur libenter intendimus, ac in his prouidentiae nostrae partes, pro ut opportunum fore conspicimus fauorabiliter impartimur sane aliis, sicut accepimus per tunc existentem

7 Ms. 752, fols. 56 r-58 v.
8 Ms. 752, fols. 59 r-62 r.
9 A l'Arxiu General d'aquesta, reunit a Barcelona, es conserva la seva documentació.
10 Ms. 752, fols. 37 r-40 v.

in regnis Hispanariam sedis apostolicae nuntium, prioratum et monasteriorum ordinis Sancti Benedicti Prouinciarum Tarrachonensis et Cesaraugustanei, in principatu Cathaloniae et comitatibus Rossillionis et Ceritaniae consistentium, eiusdem sedis auctoritate visitatorem, seu ab eo deputatos, in illorum visitatione per eum vel eos facta, judicatum fuit expedire imo etiam necessarium esse et in ciuitate Urgenellensi unum seminarium alende et instituende juuentutis erigeretur, et licet felicis recordationis Sixtus V et Gregorius XIII ac Innocentius VIII, Romani Pontifices, predecessores nostri, mandauerint non nullis sanctae romanae ecclesiaie / 7 rº cardinalibus, de quorum numero etiam tunc eramus, ut negotium visitationis huiusmodi examinarent, et uissa cedula exequentes ad predictos Sixtum et Gregorium ac Innocentium predecessores acurate de omnibus referent; ipsi tamen precedessores eorum superueniente obitu, ad finalem huius negotij executionem deuenire minime potuerunt. Si igitur in dicta ciuitate que, ut accepimus, diocesim amplan et ei Galliarum parti que heretica labe infecta seu suspecta est coherentem et vicinam habet, ac clericis et presbiteris literarum scientia preditis et ad curam animarum exercendam idoneis haud parum indiget, seminarium prefatum perpetuo erigeretur et institueretur, ac illi cui ex beneficijs secularibus dicte diocesis vix prouidere potest, et pro quo stabiliendo et manutenendo ingentes sumptus requiruntur, pro huiusmodi dote Sancti Petri de Vellanega ac Sancti Saluatoris de Vitella Prioratus, qui cura et conuentu carent, ac quos de jure Patronatus Charissimi in Christo filij nostri Philippi, Hispaniarum Regis catholici, et priuilegio apostolico esse dignoscitur monasterium Sancti Saturnini de Tauernolis, ordinis Sancti Benedicti predicte diocesis, in quo solum quatuor monachi, et abbatem non habentes, existunt; ac quod in loco deserto, latronumque et aliorum facinorosorum hominum prede et etcursionibus expositum est, ita ut monasticam disciplinam ibidem fere in totum colapsa, etiam ob jpsius fructuum tenuitatem restitui vix omnino possit, unirentur, annecterentur, et incorporarentur ex hoc profecto juuentutis profectui et multorum spirituali consolationi ac saluti, cum Dei gloria et jllius sanctae ecclesiae exaltatione opportuna ratione consultum esset. Nos qui dudum inter alia voluimus, statuimus et ordinauimus quod, semper in unionibus commissio fieret, ad partes vocatis quorum interest, quique nuper disciplinam monachorum claustralium dicti ordinis in Principatu et comitatibus predictis certis modo et forma tunc expressis reformauimus, pro ut in nostris inde confectis litteris plenius continetur visitationis et reformationis aliorumque praemissorum et inde secutorum, ac literarum predictarum/7v tenores, circunstancias, causas et occasiones, jpriusque monasterij fructum, reddituum et prouentuum verum annum valorem presentibus pro expressis habentes, ac de premissis etiam ex predicti nostri Philippi Regis insinuatione et relatione plene informati, motu proprio non ad alicuius nobis de super oblate petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione ac certa scientia nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, pro stabilimento et conseruatione eiusdem reformationis seminarium predictum in loco ad id per se venerabilem fratrem nostrum, episcopum Urgellensem, designando alende, ac in literis optimarumque artium scientijs et disciplinis aliisque cristiani pietatis officijs instituende, ac religiose educande juuentutis, cum ecclesia seu capella si opus fuerit, ac cameris et alijs ad hoc opportunis commoditatibus quod sub loco ordinarij cura et jurisdictione omnimoda, quo ad omnia existat etiam ad instar aliorum similium seminariorum preinstitutorum apostolica auctoritate, tenore presentim perpetuo erigimus et instituimus; illique sic erecto et instituto, pro eius dote ac rectoris seu rectorum, lectorum vel preceptorum et aliorum officialium, ac seminarij huiusmodi puerorum et aliorum personarum sustentatione et manutentione et onerum eis aliis quomodolibet incumbentium supportatione: monasterium Sancti Saturnini, de quo consistorialiter disponi non consueuit, ac cuius ad quinquaginti florennos in libris camerae apostolicae taxati reperiuntur; ac Santi Petri eius septuaginta septem; et Sancti Saluatoris prioratus, predictos, cuius triginta scutorum auri de camera fructus, redditus et prouentus, secundum communem extimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt ex nunc si illa jam ad presens quouismodo, quem etiam si exillo quevis generalis reseruatio, etiam in corpore juris clausula resultet presentibus haberi volumus pro expresso, et ex illa obtinentium, seu quorumvis aliorum personis, seu per liberas resignationes accesiones de illis in Romana Curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factas; aut uniones, annexionis et jncorporationis/8 r dissolutionem vel assecutionem alterius beneficij ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacent, vel cum primum illa per cessum, etiam causa permutationis, etiam in nostris et pro tempore existentis Romam Pontificis, vel quorumcumque aliorum manibus ac etiam ex causa et pro adiumplemento concordiae vel decessum; aut

priuatione, seu quamcunque aliam dimissionem vel amissionem prioratus et monasterium predicta ad presens in titulum vel commendam et aliis quomodolibet obtinentui seu aliis quovismodo, etiam apud sedem apostolicam, etiam in aliquo ex mensibus nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti sedique prefate reseruatis aut ordinarijs collatorijs, etiam per quascunque constitutiones apostolicas pro tempore editas seu literas alternatiuarum, vel alia priuilegia et indulta concessis hactenus, et in posterum concedendis, etiam commenda cessante vacare contingerit; etiam si tanto tempore vacauerit quod, prioratui collatio et monasterij prouisio iuxta lateranensi statuta consilij, aut alias canonicas sanctiones, ad sedem prefatam legitime devoluta, jpsaque prioratus et monasterium dispositione apostolice specialiter reseruata existant; et prouisio monasterij, huiusmodi ex quauis causa ad sedem predictam pertineat, et tam ad illud quam prioratus huismodi consueuerint qui per electionem assumi, eisque cura jurisdictionalis immineat; et super dicti monasterij regimine et administratione, nec non prioratibus predictis, inter aliquos lis, cuius statum etiam presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa dummodo tempori datae presentium monasterio de abbate prouisum, aut alias de illo dispositum canonice non existat; et in prioratibus predictis non sit alicui specialiter jus queritum, cum illis forsan annexis ac omnibus juribus et pertinentijs suis; dummodo, dicti Philippi, quo ad dictum monasterium Sancti Laurentij ad hoc accedat, assensus autem (?) tenore premissis perpetuo unimus, annectimus et incorporamus; ita quod liceat rectoribus seu deputatis Seminarij, /8v prioratui et monasterij huiusmodi juriumque et pertinentiarum suorum quorumcunque, nec non bonorum, prophietatum et aliarum rerum apostolica earum huiusmodi corporalem, realem, et actualem possessionem, suo et Seminarij huiusmodi nominibus, propria auctoritate libere, et absque aliquo spolij et attentatorum vitio, apprehendere et perpetuo retinere; fructus quoque, redditus, prouentus, jura, obuentiones et emolumenta uniuersa percipere, exigere, leuare et recuperare, illaque locare et arrendare, nec non in suos usus et utilitates, nec non onerum sibi et Seminario predictis quomodolibet incumbentium; et juxta prouidas ordinationes de super in illis faciendas conuertere diocesani loci, aut aliorum etiam regularium superiorum et personarum licentia de super minime requisitu, et ut quatuor monachorum monasterij Sancti Laurentij huiusmodi statui consulatur eosdem, cum omni sacra eius suppellectili, ad monasterium Sanctae Mariae de Gerrio, Urgellensis diocesis, et ordinis predictorum perpetuo transferimus, seu illis ut ad illud, ita quod ibidem omnibus priuilegijs et gratijs pariformiter cum alijs etiam non translatis monachis monasterio de Gerrio huiusmodi utantur et gaudeant, transire libere possint licentiam impartimur Seminario vero predicto eiusque rectoribus seu administratoribus, scolaribus, lectoribus et alijs personis ac ministris, rebusque et bonis universis; quod omnibus et singulis privilegijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, prerrogatiuis, facultatibus, concessionibus, fauoribus, indultis, et gratijs spiritualibus et temporalibus quibus similia in eis partibus erecta Seminaria de jure, usu, consuetudine et privilegio apostolico seu regio et alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent ac uti, frui, potiri et gaudere possunt et potuerint quomodolibet in futurum, pari formiter et eque principaliter, absque ulla prorsus diferentia frui, potiri et gaudere libere et licite, ac in omnibus et per omnia per inde; ac si illa eis a principio et /9 r° in specie concessa fuissent, eisdemque rectoribus et administratoribus, ac alijs ad quos spectabit, pro felici rerumque et bonorum suorum regimine et administratione ac prospera directione eiusdem seminarij quecunque licita et honesta, sacrisque canonibus et Consilij Tridentini decretis minime contraria, statuta et ordinationes condendi et semel condita toties quoties pro rerum temporum ac personarum qualitate expediens fuerit, etiam in toto vel parte mutandi, corrigendi et in melius reformandi; ac etiam de nouo faciendi que sic reformata, et de nouo facta, postque ab ordinario loci examinata et approbata fuerint eo jpso, auctoritate apostolica confirmata, sint et esse censeantur licentiam et facultatem jmpartimur, decernentes seminario predicto, ex nunc, plenum jus in prioratibus et monasterio Sancti Laurentij predictis; ac ad illa acquisitum esse ac fore, necnon omnes et singulas collationes, prouisiones, concessiones et alias quascunque et qualescunque dispositiones de monasterio Sancti Laurentij ac prioratibus predictis, quauis etiam apostolica auctoritate, etiam per nos ac successores nostros Romanos Pontifices et sedem predictam vel eius legatos, etiam de latere, seu nuntios, vel alios quoscunque, quavis auctoritate et potestate fungentes; et alias quomodolibet etiam cum quibusuis clausulis et decretis etiam jrritantibus pro tempore factas, tanquam contra intentionem et mentem nostram factas, nullas et inualidas; ac eo ipso irritas nulliusque roboris vel momenti existere, nec ullum per eas cuique jus acquisi, vel etiam

coloratum titulum possidendi tribui, neque etiam monasterium Sancti Laurentij et prioratus huiusmodi etiam in nostris, et successorum nostrorum, vel dictae sedis legati, seu nuntij, aut ordinarij loci, vel alterius collatoris manibus, ad hoc ut de illo alias aut in alterius quam unionis, annexionis et jncorporationis predictarum fauorem disponatur per illa ad predictis quouismodo obtinentes resignari etiam, causa permutationis vel alias de super etiam ex quibusuis causis, concordari / 9 v° ullatenus posse, et si contrarium fieri contingat quamqunque resignationem, et seu etiam cessionem at aliam huiusmodi dispositionem in fauorem presentium, ac ut ille suum debitum et plenarium sortiantur effectum, eo jpso irritas esse et censeri nec alijs aliquomodo suffragari; et presentibus per quascunque litteras apostolicas quasuis generales vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficatioresque et efficacissimas, ac quantumuis insolitas clausulas, nec non irritantia et alia decreta, sub quibuscunque verborum formis concepta, in se continentes nullatenus derogari posse; nec derogatum dici vel pretendi, nisi presentium tenor de verbo ad verbum nichil penitus omisso, insertus ac urgens et sufficiens contra expressa et per trinas distinctas literas earundem tenorem continentes, tribus distinctis vicibus rectoribus et administratroribus, alijsque predictis, legitime intimate et insinuate; ac derogationes jpse etiam motu simili et ex certa scientia facte fuerint, appareatque Romanum Pontificem illis expresse derogare voluisse, et alias pro tempore factas derogationes nemini suffragari; nec rectores et administratores, aliosque predictos, ad premissa causasque quare illa factas in verificandum seu iustificandum, ullatemus unquam teneri; sed solas presentes ad hoc, in juditio et extra ac ubique, sufficere; nec alterius probationis adminiculum requiri, easdem quoque presentes, nullo unquam tempore, etiam et eo quod, quicunque interesse habentes seu quomodolibet pretendentes, ad hoc vocati non fuerint, neque premissis consenserint; aut etiam quod moti simili, ac non justificatis causis, emanarint vel ex alio capite undecunque resultante seu praetextu de subueptionis vel obreptionis seu nullitatis vitio aut jntentionis nostrae vel alioquopiam deffectu notari, impugnari seu inualidari, in jus vel controuersiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus eas quodcunque juris gratiae vel facti remedium impetrari; aut etiam motu pari concedi posse neque sub quibusuis similium uniorum, annexiorum et incorporationum reuocationibus, suspentionibus, limitationibus, / 10 r° modificationibus ac derogationibus, et alijs contrarijs dispositionibus; et unionum, annexionum et incorporationum effectum non sortitarum reuocatorijs etiam a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, in crastinum assuptionis cuiuslibet ipsorum successorum ad summi apostolicatus apicem, quam alias quodomodolibet et quandocunque, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non jrritantibus et alijs decretis pro tempore emanatis; et si de eisdem presentibus; ac eorum toto tenore et data specialis, specifica et expressa mentio fiat minime includi, sed illis et alijs contrarijs quomodolibet non obstantibus, in suo robore et efficatia persistere; et quoties ille emanabunt toties in pristinum et validissimum statum suum restitutas, repositas et plenarie reintegratas; ac de nouo etiam, sub quacunque posteriori data, per pro tempore rectores et administratores, et alios predictos, eligenda concessas, validasque et efficaces existere; ac suos plenarios et indubitatos effectus sortiri et obtinere; ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit in futurum, inuiolabiliter et inconcusse obseruari et adimpleri; sicque et non aliter, per quoscunque judices, et causarum palatij apostolici auditores, et sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, et de latere legatos, dicteque sedis nuntios, et alios tam seculares quam ecclesiasticos, sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter judicandi et interpretandi, facultate et auctoritate judicari et difiniri debere, ac irritum et inane si secus super his a quaquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa, venerabilibus fratribus nostris: archiepiscopo Tarrachonensi, episcopo Urgellensi, nec non dilecto filio nostro et apostolicae sedis in regnis Hispaniarum pro tempore existenti nuntio, per apostolica scripta motu simili mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios presentes literas ac in eis contenta quecunque, ubi et cuando opus fuerit, et quoties pro parte rectoris administratorum ac aliorum / 10 v° interese habentium, fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant predictas literas; et in eis contenta quecunque inviolabiliter obseruari; non permitente seu per quoscumque de super indebite molestari, impediri vel perturbari contradictores quoslibet et rebelles, ac premissis non parentes per sententias, censuras et penas ecclesiasticas, et alia opportuna juris et facti remedia appellatione postposita, compescendo, non obstantibus premissis; ac nostris de iure quesito non tollendo; nec non lateranensi nouissime

celebrati vniones perpetuas, nisi in casibus a iure permissis, fieri prohibentis; ac aliorum consiliorum, nec non etiam in prouincialibus et sinodalibus consilijs, editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus; ac prioratum et monasterij Sancti Laurentij predictorum, fundationibus et dotationibus, eorumque et ordinis huiusmodi juramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, ac literis apostolicis, etiam illis eorumque abbatibus, conuentibus et alijs superioribus et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus et alijs decretis in genere vel in specie et motu, scientia et potestatis prenitudine similibus, aut ad jmperatoris, regum, reginarum et aliorum principum instantia et contemplatione; ac consistorialiter et aliis quomodolibet etiam iteratis vicibus in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis et innouatis quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa et jndiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu queuis alia expressio, habenda aut aliqua exquisita forma, ad hoc seruanda foret eorum omnium et singulorum tenores; ac si de verbo ad verbum, nichil penitus omissos, exprimerentur / 11 r° et inserentur, presentibus, pro expressis habentes illis, aliis in suis robore permansuris, ac vice dumtaxat motu et potestatis plenitudine paribus, specialiter et expresse, derogamus; ac plene et sufficienter, in omnibus et per omnia, derogatum esse et censeri volumus et decernimus, contrariis quibuscunque; aut si aliqui super prouisionibus seu commendis sibi faciendis de prioratibus huiusmodi speciales, vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generalis dicte sedis vel legatorum eius, literas impetrarint; etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem et decretum, vel alias quomodolibet, sit processum quasquidem literas; ac processus habitos per easdem, et jnde secuta quecunque ad dictos prioratus volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem prioratum vel beneficiorum aliorum preiuditium generari; et quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs et literis apostolicis, generalibus vel specialibus, quoruncunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum jmpediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum, habenda sit in nostris literis mentio specialis; volumus autem quod propter unionem, annexionem et jncorporationem huiusmodi monasterium Sancti Laurentij in spiritualibus non ledatur, neque ullum in temporalibus patiatur detrimentum, et prioratus predicti debilis non fraudentur obsequijs, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae erectionis, annexionis, incorporationis, derogationis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit jncursurum.

Dattis Romae, apud Sanctum Marchum, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, idus / 11 v° augusti, pontificatus nostri anno primo.